

Zeitschrift des Historischen Vereines für
Steiermark Jahrgang 10 (1912)

Zur Geschichte der protestantischen Stiftsschule in Graz.

Von **Otto Clemen** (Zwickau in Sachsen).

Im Jahre 1572 zogen die Jesuiten in Graz ein.¹ Schon am 3. September 1573 traten daraufhin mehrere Herren und Landleute in Graz zusammen, um zu beraten, wie man verhindern könnte, daß die Jesuiten die Erziehung und den Unterricht der Jugend in ihre Hand bekämen. Am 26. Januar 1574 beriet der Landtag über die Neuordnung des Schulwesens. Es wurde ein Ausschuß gewählt, „der in Kirchen- und Schulsachen vollständige Gewalt habe,“ und aus diesem wurden besondere „Inspektoren oder Kirchen- und Schulräte“ bestellt. Zunächst versicherte man sich nun neuer trefflicher Lehrkräfte. Hieronymus Osius, Philipp Marbach und Jeremias Homberger wurden berufen. Bei diesen Verhandlungen war David Chyträus, der am 2. Januar in Graz eingetroffen war, hervorragend beteiligt. Und dieser verfaßte nun in kurzer Zeit eine neue detaillierte Kirchen- und Schulordnung, die 1578 in die große Pazifikation oder das Brucker Libell einbezogen wurde. Was besonders die Grazer Schule betrifft, so sollte sie aus einer Art Progymnasium von drei Dekurien und einer „höheren Schule“ von vier Klassen bestehen. Die oberste Klasse hatte Hochschulcharakter; die Lehrer führten den Professorentitel; es wurden Vorlesungen über Jurisprudenz, Philosophie und Theologie (für die „Stiftsstipendiaten“, die sich für das Predigeramt vorbereiteten) gehalten. In die erste Zeit dieser Hochschule versetzt uns ein von Andreas Franck in Graz hergestellter Folioeinblattdruck, von dem sich ein Exemplar in der Zwickauer Rats-

¹ Vgl. zum Folgenden Loserth, Die Reformation und Gegenreformation in den innerösterreichischen Ländern im XVI. Jahrh., Stuttgart 1898, S. 212 ff.

schulbibliothek erhalten hat. Mittels dieser „Scheda“ lädt Jeremias Homberger unterm 4. Juni 1575 zu einer Vorlesung über den 1. Thessalonicherbrief ein, die am 7. Juni beginnen soll. Nicht ohne Bewegung wird man dieses denkwürdige Schriftstück voll demütigen Hoffens und frohen Aufatmens nach Zeiten der Not und Bedrängnis lesen.

Jeremias Hombergerus D. Ecclesiae huius pastor et scholae prouincialis inspectionem adiuuans pio lectori S. D.

Praeclara est similitudo Matth. 13,¹ Qua regnum suum adunbrat Christus, conferens illud grano sinapis, quod accep-
tum, inquit, Homo seminauit in agro suo, quod minimum est omnium seminum, Caeterum, vbi excreuerit, maximum est inter olera et fit arbor, adeo vt veniant volucres coeli et nidulentur in ramis illius. Declarat enim hac parabola, quam tenuia et contempta sint regni sui, vbicunque illud per ter-
rarum orbem exortum fuerit, initia, et monet suos Ministros, ne vel tenuitate et infirmitate sua aut potentia et violentia Diabolorum moti et consternati opus Domini abijciant, Sed freti promissa ipsius ope et gratia strenue pergant et facere, quod praecepit, et petere, quod promittit, et sustinere, quod imponit, et expectare horam, quam ipse pro sua sapientia praedestinavit.² Hoc modo ea, quae officij nostri sunt, facientes non moueat nos Diabolorum furor aut astutia. Etsi enim totis viribus et summa calliditate minimum illud et infirmum (prout rationi carnis apparet) semen, vel antequam vel simulatque exile ac tenerimum germen emiserit, adobruere et delere contendunt. Irrita tamen omnia illorum consilia vanique conatus erunt omnes, Ita nimirum DEO pro mirifica sua sapientia rem gubernante, vt prodesse nobis inimici cogantur, obesse nullo modo possint. In silentio et spe, fideli et forti animo sibi militantibus certam promittit victoriam Jes. 30.³ Et hic olitoribus suis constanter suum munus in rigandis fouendisque plantulis exequentibus laetissimum incrementum pollicetur, quod videlicet experturi tandem sint ex tenuibus et contemptis illis seminarijs arbores enasci ramis amplissimis diffusas, sub quarum tegmine et umbra suauissima sese plurimi homines, ab aestu legis et irae Dei anhelantes, recreaturi, et auiculae, id est fideles et ad coelestes arcus subuolantes animulæ, inter frondes et

¹ Matth. 13, 31 f.

² Vgl. Apg. 1, 7.

³ Jes. 30, 15.

folia eiusmodi sanctae arboris nidulos tutos et iucundos habituerae sint.

Similis extat de regno Christi parabola Ezechielis 17.¹ Vbi Dominus Deus: „Sumam ego, inquit, de medulla cedri sublimis et ponam, de vertice ramorum eius tenerum distri-
ngam et plantabo super montem excelsum et eminentem. In monte sublimi Israel plantabo illud et erumpet in germen et faciet fructum et erit in cedrum magnam, et habitabunt sub ea omnes volucres, et vniuersum volatile sub umbra frondium eius nidificabit.“ Vbi per sublimem cedrum Dauidis regnum repraesentat, quod propter superbiam et contumaciam conuulsum, prostratum et dissipatum erat ab ipso DEO, per ignorantem hoc consilium Dei Tyrannum Babylonicum. Et tamen inde tenerimum surculum, ipsum videlicet Christum, decerpsum paleque super monte Golgatha affixum plantauit, cumque is vna cum vniuersa regni sui spe interijsse vide-
retur. Ecce subito reuiuscens emitit germina, acquirit robur et virtutem aliam super aliam, expandit ramos suos et tandem vniuersum terrarum orbem frondibus suis protegit et ab aestu indignationis Dei omnes electos suos defendit. arefactis interim tot maximis et florentissimis arboribus, id est destructis et dissipatis monarchijs et regnis opibus et potentia summa communis et ad supremam celsitudinem prouectis. Mirifica haec Christi regni ratio eam maxime ob causam DEO placuit, ut euidentissime demonstraret non humanis siue praesidijs siue viribus, sed sola Dei gratia, virtute, potentia et sapientia regnum illud et ortum et in-
crementum sumere, regi, conseruari et ad celsitudinem beatitudinemque omnibus numeris absolutam tandem perduci, quo et Salomon alludens: „Oculi, inquit, Domini custodiunt bonum Consilium“, Prouerb. 22,² et Jesaias 53:³ „Voluntas Domini in manu eius dirigetur,“ id est prospere succedet. Omnium autem elegantissime Paulus: „Habemus autem, inquit, thesaurum istum in vasis fietilibus, vt sublimitas sit virtutis Dei et non ex nobis, I. Cor. 4.,⁴ Item I. Cor. 10:⁵ „Arma militiae nostrae non sunt carnalia“ etc. Hoc ipsum ergo pios exuscitabit, vt plena fiducia iniectum soleis agri dominici quamvis paruum semen accuratissime rigent, foueant, tuean-

¹ Hes. 17, 22 f.

² Spr. 22, 12.

³ Jes. 53, 10.

⁴ Vielmehr 2. Kor. 4, 7.

⁵ 2. Kor. 10, 4.

tur, nihil facientes tempestatum et asperrimae hyemis iniurias et impetum aut etiam murium, vermium, talparum, cuniculorum aut vulpium insidiosas suffosiones. Tantum aduigilent ipsi, vt sedulo suum officium cum operando, tum patiendo et orando faciant. Laetum tandem uidebunt euentum et Dominum Deum vera gratitudine ob mirificam suam gubernationem celebribunt. Evidem si nostrae sapientiae, industriae, viribus, meritis res commissa esset, iusta nostrae pusillanimitatis et diffidentiae causa foret. Multo quippe minus contra Satanae insidias et rabiosam potentiam consistere possemus in hac virium nostrarum imbecillitate, quam primi nostri parentes in integra et recente adhuc primae creationis virtute ac robore, quin etiam, si nostris viribus confisi aliquid praesumpserimus, hanc iustissimam poenam temeritatis et stultitiae nostrae daturi sumus. ut tandem desperantes summa ignominia afficiamur et omnium risui ac ludibrio exponamur. Quia vero non nostra, sed Dei virtute nitimur, et cum ille nobis laetissimum euentum promiserit, et nos eam ob causam laeto et bono animo inque suo quenque officio sedulum esse iubeat, non defatigemur, non percellamur, non frangamur animis, quin etiam, si sanguis noster fundendus sit, tamen a proposito minime desistamus, sed per inuictam patientiam de promisso successu vera et firma fide gloriemur, eunque viua et immobili spe iuxta voluntatem Dei expectemus. Non fallet nos, qui est ipsa ueritas, non deficit uiribus, qui est ipsa omnis potentia, non defatigabitur, qui est ipsa uirtus, non hallucinabitur, qui est ipsa sapientia, non auersabitur nos propter indignitatem, qui paterna et gratuita misericordia propter solius filij sui dignitatem et merita in filios et haeredes suos nos adoptauit sanctique sui spiritus pignore obsignauit et adhuc obsignatos cernit.

Hanc eximiam et firmissimam consolationem perpetuo retineamus et sedulo expendamus, cum in alijs Christianae uitae officijs excolandis, tum uero etiam in Ecclesiae et scholae in hac prouincia et ciuitate iuxta Augustanae confessionis religionem institutae initijs et progressibus considerandis. Quam exile et contemptum fuerit initium, quam uere illud minimo sinapis semini iuxta Christi Seruatoris nostri parabolam comparari potuerit, inter quot quantasque Satanae tentationes et molitiones creuerit, quot quamque potentes adversarios, quam nihil in tot tantisque periculis humani praesidij habuerit, quam mirifice contra omnium et insidian-

tium inpugnantiumque opinionem et infirmiorum ex fidelibus spem hactenus sola gratia et benedictione Dei conseruatum et in hunc tandem statum, licet nondum faelicissimum, faelicem tamen et pij exoptatum prouectum sit, Seniores nostrantium cum gaudio reminiscuntur, cum gaudio, quod lachrymas non amaras, sed dulces excutiat, cum gaudio, quod gratiarum actionis hymnos ad Deum misericordiarum patrem¹ exuscitet, cum gaudio, quod patrum constantiam in gloriam gratiae Dei, vnde prouenit illa constantia, celebret, cum gaudio, quod ad imitationem superstites et posteros extimulet, cum gaudio denique, quod pia vota ad Deum excitet, ut ipse Deus confirmet et ad exoptatum exitum perducat, quod summa sua misericordia motus citra, imo contra merita nostra incipere et operari in nobis dignatus est.

Ego etiam posteaquam et initium et progressum rei Ecclesiasticae et Scholasticae in hac prouinciae huius metropoli cognoui, non desinam, quantas agitante sancto Spiritu possum, Deo gratias agere et piorum votis mea commiscere suspiria, ut Deus enatum olus hoc coeleste subinde magis gratiae suae spiritu foecundet et in aeternum conseruet. Quod eo magis me decere agnosco, quod diuina prouidentia me quoque afflictum aliquamdiu alitem cum pullis meis sub vmbra huius arbusti perduxit et non solum mihi nidulum sub frondibus eius dedit, sed etiam vnum ex olitoribus esse voluit, quorum opera ad rigandum, fouendum et prouehendum sinapis sui semina et olera pro immensa bonitate sua uti dignatur. Haec porro vocatio requirit, ut non tantum orando, sed etiam docendo et exhortando fidelem operam in hac prouincialium Ecclesia et schola praestem, in qua re ut fidem et diligentiam meam Christo et sponsae eius comprobem, gratia ipsius innitens, sicut in Ecclesia superiori anno caepi, ita nunc etiam in schola (quando et generosis ac nobilibus Dominis meis hoc placere comperi) verbum Dei explicare incipiām, initio facto a prima Epistola ad Thessalonenses, quam cur primo loco propositurus sim, auditores in prima lectione, quae volente Deo 7 idus Junij in publico auditorio hora 9 antemeridiana proponetur, cognoscent. Hoc ergo publice significandum duxi, non solum, ut, qui verbi Dei explanationem ex me etiam in schola audituri sunt, cognoscant, sed etiam et quidem maxime, ut pij me in precibus suis commendatum habeant et mihi a Deo impetrare contendant

¹ 2. Kor. 1, 3.

os et sapientiam, cui nequeant contradicere aut resistere
ulli aduersarii, quo Christum crucifixum, Judaeis quidem
offendiculum, Graecis vero stultitiam.¹ ijsdem vocatis siue
ex Judaeis siue ex graecis ita praedicem, ut eum virtutem
et sapientiam Dei ad aeternam salutem suam esse cognoscant
et cognitum vera fide amplectantur et retineant. Amen.
Scriptum pridie Nonas Junij Anno 1575.

Graetiae in Styria Excudebat Andreas Franck.

¹ 1. Kor. 1, 23 f.